



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio quadragesima octaua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

22 Ex his patet illud quod proponitur in titulo quæstionis, scilicet quod Deus potest præcipere, quædam mala fieri non coniunctum, sed diuinum, quia quædam quæ alia esent mala & illicita ex præcepto diuinu sunt bona & licita, non autem est hoc verum vniuersaliter de omnibus malis, & causa dicta est.

23 A D Argumentum in oppositum dicendum quod occidio innocentis nō sic est mala quia ratio mali sit ab ea separabilis auctoritate dei, qui est plenus dominus vita & mortis, & ideo portat a deo præceptum. De concubitu autem fornicatio, & ablatione rei alienæ dicendum est q[uod] nunq[uam] fuerunt præcepta a domino cū includant intrinsecè & inseparabiliter rationē in debito, sed Deus potest mutare naturas & conditiones rerum, potuit ergo facere q[uod] mulier quæ non erat Oœcæ per perpetuum vinculum matrimonii esset eius ad temporaneum vñum, & sic accessit ad suā, nec est fornicari est accedere ad nō suā, similiter potuit Deus facere quod res quæ erant Ægyptiorum fierent Hebræorum, vel ex mero dono dei qui est do minus omnitum, vel in recompensationem laboris & servitutis quod impenderant Hebrei Ægyptis, & sic Hebrei non abstulerunt rem alienam, sed suam, & ideo non sunt furati. Nullo ergo modo facta est dispensatio in illis præceptis non mœchaberis, & non furtum facies, quia nō est factum quod a mechia & farto manet in natura sua si ablatæ ratio illiciti quod pertinet ad dispensationem, sed solum mutata est natura vel conditio rei iam in ea non habeant locum mechia & furtum, nec est ibi aliqua dispensatio, si enim aliqui estet prohibitus bibere vinum & vñum ipsi oblatum mutaretur in aquam, certe posset bibere illud vñum conuersum in aquam absq[ue] dispensatione. Semper enim dispensatio fit quando manent materia præcepti in sua natura & conditione amouetur ab ea ratio obligationis vel illiciti. Hoc autem amoueri non potest a materia illorum præceptorum, quia includunt in ea intrinsecè, vt dictum est. Si autem forma præcepti sicut talis non accedat ad hanc mulierem, vel non accipias hanc ouem, licet in veritate mulier sit non tua, & ouis non tua quia tamen in materia præcepti non includuntur intrinsecè, sed sunt conditiones extrinsecæ in talibus præceptis, posset cadere dispensatio per hoc quod de non tuo efficeretur tuum, quia tunc non estet mutatio materiae præcepti, sed ablatio conditionis adiunctæ, quæ ponebat rationem illiciti.

24 A R G U M E N T U M adductum pro altera parte solum probat, quod Deus nō potest præcipere mala fieri coniunctum (scilicet quod remaneant sub conditione mali) quod concessum est.

D I S T I N C T I O X L V I I I .

Sententia literæ Magistri in generali & speciali.

S Ciendum quoq[ue] est. Superior determinauit Magister de caualitate diuina voluntatis, hic vero determinat quomodo se habeat voluntas nostra in conformitate ad diuinam. Et diuiditur prima pars in duas. Primo determinat in se. Secundo excludit quasdam obiectiones. Secunda ibi, Ex quo solutur. Prima diuiditur in tres. Primo ostendit q[uod] voluntas nostra bona non semper conformatur voluntati diuina in volito. Secundo quod voluntas diuina per voluntatem nostram malam adimpletur. Tercio mouet cōtra hoc obiectiōnēm, & solvit. Secunda ibi, Illud quoq[ue]. Tertia ibi, Sed adhuc opponitur. Hæc est diffīlio & sententia in generali.

2 IN speciali sic procedit, & proponit primo quod aliquando est mala voluntas hominis idem volentis quod Deus vult, sicut mali filii volunt mortem patris quā deus vult. Postea dicit q[uod] bona voluntas dei per malas hominum voluntates adimpletur, sicut fuit in morte Christi: volebat enim Deus Christum mortem sustinere, sed non Iudeos inferre. Postea mouet circa hos obiectiōnes, & solvit, vt patet in litera. Postea excludit quasdam obiectiones, & dicit quod passio Christi placebat sanctis, non in quantum fuit penalis, sed in quantum fuit salutifera, & q[uod] passio sanctorum diuersis causis possunt sanctis placere. In fine vero epilogat imponens finem primo. Et in hoc terminatur sententia lectionis, & per consequens conclusio primi libri Sententiarum.

Sancto Porciiano

Q VÆ S T I O PRIMA.

Vrum voluntas nostra possit conformari voluntati diuina.

Thom. nibil.

C Irca distinctionem istam duo queruntur. Primum est, vrum voluntas nostra possit conformari voluntati diuina. Secundum est, vrum omnes teneantur ad conformandum voluntatem suam diuina voluntati, maxime quantum ad volitum. Ad primum sic proceditur. Et vide tur q[uod] voluntas nostra non possit conformari voluntati diuina, quia conformitas est conuenientia duorum in una forma, sed voluntas diuina & nostra non possunt in aliqua forma una conuenire, neq[ue] secundum speciem, neq[ue] secundum genus, ergo nō potest inter eas esse aliqua conformitas.

2 Item relativa æquiparentia ad conuentientiam due curtur, sed conformitas est relatio æquiparentia, ergo si voluntas nostra diceretur conformari voluntati diuina, sequeretur q[uod] voluntas diuina posset dici conformari voluntati nostræ, quod non dicimus.

3 IN CONTRARIUM est, quia voluntas veræ obediens conformatur voluntati præceptientis, sed multi sunt veræ obiectiōes diuinis præceptis, ergo voluntas multorum conformatur voluntati diuina.

4 R E S P O N S I O. Cum querimus de conformitate voluntatis nostræ ad diuinam, aut querimus de conformitate earum secundum esse reale vel i[n] esendo, prout quælibet est quædam res secundum se, aut querimus de conformitate earum secundum tendentiam in obiectum.

Primo modo, quælibet voluntas creata conformatur voluntati diuina. Cuius ratio est, quia omnis imago est alia quæmodo conformis rei, cuius est imago, sed omnis voluntas creata est imago voluntatis diuina, ergo est aliquo modo ei conformis. Hæc autem conformitas nō est participando eandem naturam specificam, sed in participando aliam, speciei tamē demonstratiuam, sicut expositu fuit supra dist. 1, lib. 2, dist. 10. Sed de hac conformitate non queri. q.t. m. 10
mas nūc, sed de illa que est secundum tendentiam in obiectu. partis secundum, secundum quā sortitur esse morale secundū quod dicendum est. Circa quā considerandum q.t. m. 4
est q[uod] talis conformitas plurium voluntatum semper attendit secundum aliquid vnum illud autem vnum aut se habet ad vtrumque voluntatem conformiter, utrumquæ duo volunti idem, vel propter idem, vel secundum eundem habitudinem, aut se habet dissimiliter, sed tamen correspondenter (sicut cum aliquis vult aliquam rem, alius autem non vult eam) vult tamen & placet ei q[uod] primus ēa vult, sicut Abraham vult occidere filiū, Deus autem hoc nō voluit simpliciter, tamen voluit quod Abraham illud vellere.

5 Quantum ad primū modum attendit triplex conformitas, vna quantum ad obiectū, quando idem est voluntum, q[uod] vocatur conformitas secundū causam materiam, vocādo materiam, nō in qua sit actus voluntatis, sed circa quā est obiectū. Secunda conformitas est, quanti ad habitū, quando duo eodem habitu aliquid volunt, puta iustitia vel charitate, & hæc vocatur conformitas secundū causam formalem, quatenus habitus est quedam forma potest dñe modū actuū. Tertia est secundū causam finalē, vt cum plures volunt aliquid propter eundem finem. Conformitas autem quæ attendit penes secundū modū vocatur à quibusdā conformitas secundum causam efficientem, scilicet quando aliquis vult illud q[uod] alius vult eum velle & istud est verum, vbi velle vnius est causa mouens & inclinans voluntatē alterius, quia tunc vnum velle est aliquo modo causa efficiens alterius, vbi autem nō est sic, locum non habet quod dicuntur.

6 Ex his patet quod queritur, scilicet quod voluntas nostra potest conformari voluntati diuina, primo modo scilicet quod voluntum, potest enim homo idem velle quod deus vult, vt de se patet, sed secundo modo propriè non potest, quia nō potest esse in deo & homine habitus vnius rationis, secundum analogiā ramen dicitur in deo charitas & in nobis. Quantū autem ad tertiu modū, possibilis est conformitas inter nos & deū, quia sicut deus vult oia propter se, & nos possumus velle eadem vel etiam illud propter Deū. De quarto autem modo, scilicet q[uod] velimus il-

Iud

Lib. I. Distinctio, XLVIII.

Iud quod Deus vult nos velle clarum est, quod est possibilis, quia si loquamur de voluntate antecedente, illa innoescit nobis per precepta iuris naturalis vel diuini. Constat autem quod possumus velle ea que Deus nobis praesepit, non enim praesepit impossibile ad faciendum, & multo minus ad volendum. Si vero loquamur de voluntate consequente, clarius est quod possumus ei conformari, quia quid deus vult tali voluntate totu fit. Patet ergo qualiter possibilis est conformitas voluntatis nostras ad diuinam.

7 Ad primum argumentum dicendum quod non omnis conformitas est secundum participationem eiusdem formae specificae inherens vel non inherens, sed secundum plures alios modos qui tacti sunt in corpore solutionis.

8 Ad secundum dicendum quod conformari plus importat, quod esse conforme, quia conformari dicitur solum illud quod habet quasi rationem imaginis vel effectus proportionati respectu alterius, quia conformari est fieri quasi ad alterius formam, & istud non potest competere voluntati diuinae respectu voluntatis nostra, sed conuerso, propter quod voluntas nostra dicitur conformari voluntati diuinae, & non conuerso, sed esse conforme dicit absolute participationem vel proportionem plurium in uno, & sic voluntas nostra dicitur conformis voluntati diuinae, & conuerso, quanvis hoc quidam negant accipientes pro eodem esse conformem & conformari, quod tam non sunt idem, sicut nec esse simile, & assimilari.

QVÆSTIO SECUNDÆ.

Vtrum omnes tenentur ad conformandam voluntatem suam diuinæ voluntati.

Thom. nihil.

A D secundum sic proceditur. Et videtur quod non omnes tenentur ad conformandum voluntatem suam voluntati diuinæ, maxime quantum ad voluntum, quia si et se habet intellectus ad intellectum, sic voluntas ad voluntatem, sed non tenetur conformare intellectum nostrum intellectui diuinum, alioquin omnis homo habet opinionem falsam peccaret, quod non est verum, ergo non tenetur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ.

2 Item nullus tenetur ad impossibile, sed impossibile est quandoq; conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ, ergo &c. Minor probatur, obstat enim vel damnatio hoc non possunt facere propter conditionem sui status, nunc etiam ignoramus quid deus vult in multis que occurruunt facienda finis etiam ad quod Deus singula opera ordinat, latet nos, & ideo in talibus non possumus conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ.

3 Item Deus vult damnationem multorum, sed nullus tenetur velle sua damnationem, ergo &c. Probatio minoris, quicquid est volunti, est voluntum ut finis aut propter finem, sed nullus potest recte velle damnationem suam ut finem, quia non habet rationem boni secundum se nec propter alium finem, quia damnatio est opposita debito fini creatura rationalis.

4 IN CONTRARIUM est, quia amicorum est conformis voluntas, sed omnes tenentur esse amici Dei, ergo oen tenentur ad conformandum voluntatem suam voluntati diuinæ. Item super illud, quod non adhæsit mihi cor prauum, dicit gloso. Prauum cor habet, qui non vult quod Deus vult, sed quilibet tenetur non habere cor prauum, ergo quilibet tenetur velle illud quod Deus vult, & haec est conformitas in volito.

5 RESPONSI O. Dicenda sunt duo. Primi est, an omnes tenentur conformare voluntatem suam voluntati diuinæ. Secundum est, secundum quos modos tenetur ad hanc conformitatem.

6 Quantum ad primū dicendum est quod omnes tenentur conformare voluntatem suam voluntati diuinæ in aliquo. Cuius ratio est, quia nihil est rectum, nisi conformatur sua regula, sed voluntas diuinæ est regula voluntatis nostræ, ergo voluntas nostra non est recta, nisi conformatur voluntati diuinæ, quatenus est eius regula. Major de se patet, sed minor declaratur, quia si lex quacunque naturalis vel diuinæ est regula voluntatis, fortior ratione voluntas diuinæ, aqua pro libito deriuata est ois lex, sicut enim voluntas diuinæ pro libito naturā instituit, ita pro

Questio II.

libito leges qualcumque naturæ dedit, propter quod ipsa est prima regula omnium, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum, scilicet de modis conformitatum. Dicendum quod tenetur ad conformitatem, quod est secundum genus causæ efficiëtis, ut scilicet velimus illud quod Deus vult nos velle quodam nobis innotescit, cuius ratio est, quod secundum illud potissimum debet voluntas nostra conformari diuinæ, secundum quod ipsa est potissimum regula voluntatis nostræ, sed voluntas diuinæ est regula voluntatis nostræ inquitum vult nos aliquid velle, ergo secundum hoc potissimum debemus voluntate nostram conformare diuinæ. Maior patet ex dictis, quia tenetur conformare voluntatem nostram diuinæ, quatenus illa est regula voluntatis nostra, ergo maxime tenetur secundum illud quod est maxime regula. Minor probatur, quia in habitibus cognitionem & libertatem unum non regnat aliud, nisi quatenus proponit vel imponit quid & quæ liter agat, sed voluntas diuinæ in hoc quod vult nos aliquid velle, & illud nobis innotescit, imponit nobis quid velimus, ergo secundum hoc voluntas diuinæ est potissimum regula voluntatis, in modo nullo alio modo est regula, quia quicquid Deus velit, & qualiter cunctæ, & propter quacunque finem, nisi velit nos illud velle, non propter hoc regular voluntatem nostram, sed si vellet nos aliquid velle, dato quod ipse dicitur nolle in se, nihilominus voluntas nostra ex solo primo regulam habet. regulans enim voluntatem est dictans & imperans quid sit volendum: & hoc expresse dicit Anselmus de libe, arb. cap. 6. dicens sic, nulla est iusta voluntas, nisi qua vult quod Deus vult illam velle, tenetur ergo potissimum conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in hoc quod vult nos velle, quando nobis innotescit. Innotescit autem hoc nobis per precepta & prohibitions quae sunt signa voluntatis antecedentes, per consilium autem, quod timiliter est signum voluntatis antecedentes, innotescit nobis non quod velle teneamus, sed quid expedientius est ad profectum, propter quod non tenetur velle illud quod est consilium, sicut illud quod est preceptum vel prohibitionis, sicut ergo est de illis que Deus vult nos velle voluntate antecedentes, idem est de his que Deus vult nos velle voluntate consequente, si nobis innotescat per revelationem, vel per quamcunque inspirationem, alium enim modum non video. Per operationem enim diuinam bene innotescit nobis, quod Deus velit talem quid facere, sed non quod velit nos illud velle. Quando autem non innotescit nobis quid Deus velit nos velle voluntate consequente, tunc quidem non tenetur, quia voluntas non obligatur nisi ad cognitionem, & nihilominus illud volumus quod Deus vult nos velle, quia illa voluntas semper impletur, sive scientibus nobis, sive non scientibus.

8 Ad conformitatem autem quod est secundum genus causæ formalis, non tenetur ab solute, sed ex suppositione scilicet si volumus mereri vitam æternam. Primum patet, quia ad illud dicitur aliquis simpliciter & absolute tenet, quod si non facit, incurrit peccatum, sed si non facimus ex charitate quicquid facimus, non propter hoc peccamus, existens enim in peccato mortali, & honorans parentes vel dans eleemosynam ex naturali pietate non peccat, vt patet 2. lib. & tamen non operatur ex charitate, ergo &c.

9 Secundum patet, quia omne meritum dependet ex charitate, vt patet 1. ad Cor. 13, si ergo aliquis vult mereri vitam æternam oportet quod operetur ex charitate, & tunc conformat voluntatem suam voluntati diuinæ, quantum ad causam formalem, licet valde impropositum, vt dictum fuit supra. Idem penitus videtur esse dicendum de conformitate secundum causam finaliem, quia ad illam non tenetur simpliciter & absolute, sed solum ex suppositione, scilicet si volumus mereri vitam æternam. Primum patet, quia opus virtutis moralis debet circumstantionatum prout virtus exigit, est bonus, vt patet ex definitione virtutis, sed per virtutem pure moralem opus non ordinatur in gloriam Dei ex intentione operantis, ad quam tamen Deus ordinat quicquid vult, & operatur, ergo non oportet omnem voluntatem bonam conformari voluntati diuinæ quantum ad finem, propter quem aliquid vult.

d. 28. q. 2.

g. preced.
num. 6.

Q. 2. 10 Secun

Magistri Durandi de

10 Secundum patet eodem medio quo supra, quia ad merendum requiritur quod opus ordinetur in deum per fidem & charitatem. Iuxta dictum Apologeti. t. ad Corin. o. Omnia in gloriam dei facite. Et est hic notandum quod ad has duas conformitates secundum causam formalem & finalem, non tenemur etiam ex suppositione, nisi quae nos includunt illam que est secundum causam efficientem, cuius signum est, quia sicut illa que Deus vult nos vel absolute innoscere nobis per praeceptum conditionatum: vnde Mat. xii. dictum est cuidam, Si vis ad vitam ingressi, serua mandata, quod intelligitur non solum de observantia quantum ad substantiam operis, sed quantum ad modum & finem charitatis.

11 De conformitate autem quæ attenditur quantum ad obiectum volitum, qui dicitur conformitas secundum causam materialē est major difficultas, vitrum ad eam semper teneamur. Et dicendum ad hoc, quod in nobis est duplex voluntas, extendendo nomen voluntatis ad appetitum sensitivum, sicut tertio Ethicorum dicitur, quod bruta voluntarie agunt, hoc est, sponte. Et ergo in nobis voluntas sequens cognitionem sensitivum, & voluntas sequens cognitionem intellectuam, & hec est duplex, una naturalis, & alia deliberativa, nec sunt due potentiae, sed una dupliciter dicta secundum duplitem eius actum. Discutitur enim voluntas naturalis, qua appetimus ab soluto, & secundum se aliquod bonum conueniens naturae, deliciosa naturae autem, quatenus fertur in aliud, quod est deliberatum esse bonum ex fine & circumstantiis: & haec voluntas contrariatur quandoque in volito appetiti sensitivo & voluntati naturali, sicut scari propter sanitatem est tristabilis secundum sensum, nec secundum se bonum est, fed quantum ex fine, & ideo sectionem sola voluntas deliberativa eligit, sed voluntas naturalis, & appetitus sensitivus refutavit.

12 Tunc ad propositum, si loquamur de voluntate naturali vel appetitu sensitivo. Dicendum quod non tememur nec possumus semper conformare voluntatem talem voluntati diuina, quia voluntas diuina potest esse de causa quod non cadit sub apprehensione sensus, nec est secundum se naturae conueniens, sed appetitus sensitivus non potest ferri, nisi in illud quod iudicatur conueniens per sensum, nec voluntas naturalis potest ferri, nisi in illud quod est secundum se naturae conueniens, ergo impossibile est quod appetitus sensitivus, vel voluntas naturalis respectu voluntatis, conformetur voluntati diuina.

13 De voluntate autem deliberativa secus est, quia secundum quoddam, si innotescat nobis diuinum volitum, tenetur illud velle voluntate deliberativa, sed differenter viatores & comprehensores, quia enim in viatoribus retardatur motus voluntatis ex motibus inferioribus, id est sicut non repugnare diuinae ordinationi vel voluntati & de ea non tristari, nec oportet gaudium experiri de hoc, sicut philosophus dicit tertio Ethicorum de fort., q. sufficit eum non tristari in periculis mortis, quanvis non gaudet, sed in beatis est motus voluntatis deliberativa integrus & perfectus, nec in aliquo retardatur seu impeditur: ad video videndo id quod Deus vult, ipsi volunt illud, & gaudent secundum illud Psalmista, Lætabitur iustus qui viderit vindictam.

14. Alia est opinio, quod non semper tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ, quantum ad voluntum, etiam si nobis innotescat; & ista pars videtur probabilior, propter duas rationes. Prima est, quia si tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ quantum ad rem volitam, hoc est, aut ex natura rei volitetur aut ex præcepto dei, sicut enim nihil est malum, nisi secundum se, & ex natura rei, vel ex prohibitione superioris, sic nihil est bonum necessarium fieri vel necessario volitetur ex natura rei, vel ex præcepto superioris, & in proportionem ex præcepto dei, sed rem volitam a deo non semper tenemur vel ex natura rei, putadannationem patris, quia tunc teneamus eam vellet, etiam si Deus eam non vellet, quod nullus diceret, nec ex præcepto dei, quia nusquam legitimus tale præceptum, ergo non semper tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in voluntate etiam si nobis innotescat.

Sancto Porciano

15 Secunda, quia sicut tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinae, sic subditus tenetur consuetudine voluntatem suam voluntati prelati, in illis, in quibus est ei subditus vice dei, sed subditus non tenetur conformare voluntatem suam voluntati prelati, de alio quo faciendo quod prelatus vult fieri, ex hoc solo quod prelatus vult illud fieri, sed ex hoc quod vult subditum illud velle & facere: non enim si prelatus dicat coram subdito, volo quod illud faciam, ex hoc obligatur subditus ad volendum vel faciendum, nisi prelatus insinuerit quod vult subditum hoc velle vel facere: ergo similiter est de voluntate nostra respectu dei, non tenemur ergo velire quicquid Deus vult, etiam si nobis innotescat, nisi Deus velit nos illud velle, & haec est conformitas secundum causam efficientem, sine qua (vt patet ex deductione prius facta) non tenemur conformare in aliquo voluntatem nostram voluntati diuinae, & fortè ab hoc non discordat secundum rem, illud quod dicit opinio praecedens, scilicet quid viae tori sufficit non repugnare diuinam ordinacionem, & non tristari de ea, quia non repugnare vel non tristari non importanter conformitatem in volito, quanuis non consentientur.

16 A D Rationes vtriusque partis respondendum est
Ad primam, quum dicitur, quod sicut se habet intellectus
& dicendum q̄ nō est simile de intellectu, quia defectus
intellectus non est in potestate nostra, cogitum enī quasi
doque rationibus ad assentendum falso, & ideo non pec-
camus, sed voluntas deliberativa est in potestate nostra,
& ideo peccamus, nisi eam conformemus voluntati diui-
nae, prout & in quibus tenemus conformare. De intellectu
etiam quantum ad ea quā sunt fidei, & necessaria ad
salutem, oportet q̄ conformetur intellectui diuino, qui
illud est in potestate nostra, alioquin peccamus.

17 Ad secundum rationem dicendum, quod obstinatio simpliciter (vt damnati) non tenetur conformare voluntatem suam voluntati diuinæ, & ideo non merentur, nec de novo peccati, sed in peccato, in quo mortui sunt, perseuerant: nos etiam pro statu viae non tenetur conformare se voluntatem nostram voluntati diuinæ, nisi prout & quantum nobis innoteat, sive quoad voluntum, sive quoad finem, & modis quibus dictum est.

18 Ad tertium dicendum qd in tali volito sicut est damnatio propria, non tenetur quis conformare voluntatem suam voluntati diuinae, aut quia si reuelaretur alicui sua damnatio, deberet accidi illud dictum secundum communem nationem, & non secundum praescientiam, aut si consiret esse dictum secundum praescientiam, non decet tamquam aliquem hoc velle, nec Deus vult nos hoc velle, quia velle oppositum, scilicet beatitudinem, sit finis, propter quem debemus velle omne aliud volitum.

19 A D Primam rationem alterius parti dicendum est quod amicorum est conformis voluntas in illis solum in quibus decet utrumque idem velle, & in hoc casu tene-
mur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ quando congruit nos velle illud quod Deus vult, tunc enim deus vult voluntate antecedente nos illud velle, quia voluntas antecedens est de his qui nobis conguant.

20 Per idem patet ad illum gloriam super Psalmum,
quia prauum cor habet, qui non vult illud quod Deus vult
scilicet eum velle. Deus enim qui summe bonus est, non
vult aliquem venire, nisi quod necessarium est ad salutem,
aut quod promouet ad salutem, & primum precipit, se-
cundum consulit, qui a primo discordat, peccat: & de hoc
intelligitur praedicta auctoritas, qui autem secundo nomi-
natur acquisiecit (sicut non peccet) tamen minus appropinquat
ad illum qui summe bonus est, qui est Deus benedictus in
seculorum. Amen.

¶ Explicit scriptum super Primum Sententiarum
compilatum per fratrem Durandum de san
to Portiano Episcopum Auicensem
& doctorem sacræ The
ologie.